

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Amor bp
cum uariis

Amans quid cupiat scit; quid sapiat non uidet. Amans quod suspicatur uigilans sompniat.
Amor extorqueri non potest sed elabi potest. Ab amante lacrimis redimas iracundiam.
Amari iuueni fructus est, crimen seni. Amor est ociose causa sollicitudinis.

Seneca in prouerbiis.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Amor bp] Amor cd L²; quid] quod M; scit] sit (*cor. intra.*) C; quod] quid V² L¹ L²; amari]
amare V² L¹ L²; iuueni fructus] fructus iuueni M; crimen] crimens C, crinem M; Seneca
om. M; Seneca in prouerbiis] ibidem L²